

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Io. Freinshemii Commentarii in libros s̄uperstites Q. Curtii
Rvfi**

**Freinsheim, Johann
Curtius Rufus, Quintus**

[Argentorati], [circa 1639 oder später?]

Cap. II

urn:nbn:de:bsz:31-103771

Incertum esse quo tempore CVRTIVS vixerit.

XXIV. D. H. ad Lectorem editionis Elzeviriana de anno 1633. Preter M.
Tullium ac Iunianum, apud quos hoc nomen extat, Tacitus, ac Plinius Curtii cuiusdam memi-
nerunt. Et rurique Rofsi addidit cognomen. Neque aliter Tranquillar, in Catalogo, quo Rhe-
tores praeclarū indicantur, quilibet de iisdem misilo premittitur in Ms. Esse autem nostrum,
cuius tres postremi meminere, inter eruditos fere conuenit: nec multum abest, quām plerique
omnes, rhetorem, causidicū, declamatorem, etiam questorem ac prætorem: consulētque, ac
Africa proconsulem, eundem cum historico, qui Magni Alexandri res conscripsit, arbitrentur.
Quemadmodum vixisse sub Augusto ac Tiberio, sed & scripsisse, quidam & sub Claudio super-
fuisse, existimant. A quibus nobilissimus Rutgersius seorsim abiit, qui sub Vespasiano floruisse in
Varii probauit, quem non temere reiūciendum, & cum cura adiundandum censeo. Quāquam, ne
de veritate quidem amplius querendam videretur, si habendam Catanae fidem, omnibus con-
staret, qui in misu exarato exemplari, ipsam hanc historiam de gestis Alexandri scriptam, Q.
Curtio, & quidem Rofso, qui Augusto Cælare ac Tiberio floruerū, inscribi sic testatur. Verba
Catanae habes n. VIII. Cetera incertantur, & quia cetera, hoc ipsum.
Ino & hoc ipsum magis, quia ceteris Vespasianum iungit. (Id quidem in Catanae non reperi.) Iam, qui potissimum
dicendi genit, & purissimam Latinitatem, certum cui argumentum arbitrantur; nemini
Latine sub Vespasiano, qui antiquitatem accurate exprimeret, scripsisse, quo modo probabili?
Quoniam si an nostro ac parentum, eleganter quidam expreserunt, nondum video, cur à Romanis
id remaneamus, quod ne nostris quiaem, ex felici initiatione hæc tenuis negatum est. Quippe, &
hodie etiam quisque aut scriptorem eligit quem imitetur, ut cum cura imitetur quem elegit. Et
omittam principem historia Sallustium, etate integrā a scriptis C. Caesaris, coenit, abiisse; cum di-
uersum in dicendo, tum qui Gracis suis, tanquam peregrinus, heret. Et & maximus scriptorum
Tacitus post illum.

XXV. Ut ita ad totum hunc locum clandendum aptissima fere videantur verba
Valentis Acidalii Animad. ad lib. 4. Curtii. De Curtio miror s̄e, nonnunquam & indi-
gnor, doleo quidem semper, non tam quod ad manus nostras peruenit corruptus sic & vitiatus;
huc enim sane cum omnibus: nec quod tam multis locis multilus, ac lacer; hec cum plerisque:
nec quod integris libris, & ipsis aedes primis cœs capite truncatus; hec quoque cum multis com-
munis ipsi fortuna: quam quod nec ortum eius sat is certo, nec atatem qua vixerit, ac scripsit,
scimus vlo modo, illa tamen ipsa sors non etiam omnino sic peculiari, ut parem sociumque
habeat neminem. Illa autem vix omnino quenquam calamitas extra Curtiū affixit, ut reliquo
rum scriptorum nemo mentionem eius signans, vel uno verbo, coram dico mentionem, & indu-
bitatae faciat, ad unum omnibus tacentibus, quasi de compacto, ut conspirasse videantur ad
supprimendum hominis nomen, ad famam prorsus opprimend. In hoc quis non indoleat? quis
non miretur, & indiget? Dignus ille me hercules scriptor, qui ab omnibus predicatur,
quem penitus & totum noceremus. Ac laboravon in eo viri docti sane multum, ut quando in-
dicis & argumentis ceris impenetrabilis poteat, conjecturis aliquid sagaciter indagaretur: quo-
rum nos industria diligent amamus & laudamus, sed hanc ipsam ranam cum omnibus de-
ploramus. Nec diuersas hic diuersorum opiniones affero, quia nullam ipse stabilire possum,
quod contra possim, si liberas, omnes refutare.

CAP. II.

Expositis doctorum virorum de Q. Curtii aetate atque condicione suspicionibus,
sequitur ut de stylo eius & Historia quid senserint, lectoribus exhibeamus. Quod
ut commodius fieret, eorum iudicia secundum litterarum sciem disposuimus. No-
tandum autem, neminem adhuc quicquam apud veterem auctorem reperiisse ex Cur-
tio citatum.

Iudicia Doctorum Virorum de stylo & historia CVRTII.

Valens Acidalius Animad. ad lib. 4. Curtii. *Dignus ille me hercule scriptor, qui ab omnibus predicaretur, quem penitus & rotum nosceremus.*

Franciscus Asulanus in Epistola Aldinæ editioni præfixa. *Alexander ille Macedo, etiam aliis concinnis scriptoribus, tum facunda, eleganti, candida Curtij historia immortaliter catulorum reicitur ambrosia. viuerque aeternum, dum sole magnus lustrabitur orbis. & in fine Epistolæ. Hac lege hunc tibi Curtium dicatum volumus, ut omnes facile sciant, te cum unum inter mortales esse, cuius innumeris reponendis lundibus Curtio ipso scriptore opus esset.*

Ioan. Bernartius. *Cesari comitem do Q. Curtium, quem adeo inter selectos recensere non dubito, ut inter optimos locum illi fidenter tribuam. Idem ad Stat. 10, 487. ut ocellus Historiorum Curtius inquit.*

Petrus Bertius de Agger. & Pontib. pag. 38. *Dictio Q. Curtii est pura, simplex, in affectata, in Aggeris vero descriptione ita insuper florida, ut inter prima eloquentia Romane exempla locus iste ponendus sit. Author sim iis qui ad veram Eloquentiam adspicant, ut tam locum edificant.*

Petrus Bizarus lib. 2. rer. Perf. *A Q. Curtio inter Latinos arguto, eleganti & nervoso scriptore harum cognitio petenda est.*

Barnabas Brissonius de regno Persarum libr. 1. *Ne quis à parum idoneo auctore interpretationem sumptam suspicetur, Curtius hic, ex eius scriptis toties à me auctoritas in his libris ad faciendam fidem petitur, ius temporibus vixit, quibus bonas artes & studia litterarum floruisse nemo infirmari possit.*

Christophorus Bruno in Epistola dedicatoria. *Cum autem Q. Curtij quoque rerum gestarum Alexandri Magni historia, olim à me puro, & nunc denus rursum lecta, mire candida, terfa, ac luculenter pura, viroque tempore mili visa esset, dici non potest, quantum omnium studiosorum nomine indoluerim, tantum autorem æt. Phœb. id est fine capite, duobus nimis primis libris, cum fine quinti, amputatis, & in decimo libro plurimis in locis mutilatum nobis supereesse.*

Ibidem. *Styli ipsius teriffima puritas, ad Romanum solum adamussim formata.*

Guil. Budæus de asse lib. 3. *Verbis ipsius Curtij auctoris terfa & elegantis.*

Ex Praefatione in editionem Curtianam Antonii Candidi, proculam Lugduni 1591. *Q. Curtij Risi libros quis superfluit, historia nomine dignos si quis agnoscit, in iudicio predictus equidem videbitur. Proponit enim Curtius exiguo volumine insignia documenta, que rsum ritæ communis adiuvant, que principes viros & insigne fortis homines possunt meliores reddere, seu ad virtutem horretur, seu virtus, vana gloria rideat, pecunias, vindictam, libidinis amorem ex animis enellat: nec in vanis & nugaibus rerum gestarum narratiunculis scriptoriam consumere studet. Nonnulli existimant non aliter debere describi bella quam latrocinia, breviter, nade, nulla lante addita, sed desinatione potius, ut longum bellum referatur non vique ad commendationem victoris, sed tanquam in exemplum, quid parviant prout affectus, sive ambitionis, sive ira, sive libidinis: tum ut videant quā in incerto ac leui momento sit & finit & fortuna hominum, quibus tantopere alij confidunt. Id quam feliciter Curtius presicerit, perpetuus historiae conservans ostendet. Primavice autem historiarum legi, quae veritatem commendat, sapienter obsequitur, ex tot veterum scriptorum libris veritatem, eis in profundam antiquitatis abyssum immersam, eruens. Pro narrationum varietate, prudencia sua vixit est, aliam historiæ*

Judicia Doctorum Virorum de stylo & historia CVR TII.

historie legem diligenter obseruans. In quibus enim verba spectantur singula, ut in passionibus, Macedonum edictis, promissi, simplicem profert veritatem. In rerum gestarum commemoratione, dum amores seueri informat, aut animos iunctunde pascit, summas rerum ita exhibet, ut nihil (quod cogniti necesse sit) relinquat intactum. Addens preterea que doctrina aculeos menibus relinguant, quoque rarius affectibus lectorem imbuant, verba feliciter eximia, sententiarum selectas, nro artificio compositas orationes: rurique sionnam ad veritatis regulas dirigens, nomen ratinet vere narrationis. Ceterum non modo corpus ipsius historie sue veritati consecrat, verum etiam perelegantem colorum & cultum adhibet. Rex insigniorer persequitur, ear videbit, que nos sapientiores efficere queunt. Dumenim alii nimis accutate pretia describunt, que melius negligimus, Curtius noster explicat causas, consilia, eventus, & quicquid occultum & arcuum est in negotio: ita tamen ut acierum descriptiones & variorum certaminum multipli rultus, graphicè depicti, propter Darii & Alexandri nominis Bellorum dicata, minime negligat. Quod si scissem, quid inanius illa historiae, in qua perpetuus armorum strepitus? Non effundit se in laudes Gracorum, aut Persarum viuperationem; nec enim se encomiast, sed historicum agnoscetas: adulatio[n]es & hyperbolae poeticas caute fugiens. A aggressoribus abstinet: historia sicut necesse diligenter & erdon manu, nec de quibusvis rebus sermones scribit: immo leuissimis omisso, cognitis dignissimas, ad utilitatem & delectationem, singulis fere paginis persequitur. In frequentibus ciuitatum, regionum, montium, fluminum, descriptionibus, quae ad rerum gestarum intelligentiam magis ac magis amplectendam non parum lucis afferunt, perspicuus apparet & solers. Adibuit, non nullis in locis, iudicium suum: & in gratiam legentium benefacta euhis, malefacta ad execrationem infectatur. In rebus memorandis, consilia primum, deinde acta, postea eventus expedit, & de consiliis significat quid probet: ac in regesta non modo quid actu[m] sui dictum sit, sed etiam quibus rationibus, sincere & breviter aperit. Quoies de negotio aliquo pronuntias, penetrat in animos: nec affectui, sed rationi perpetuo facere videtur. A maledicentia possumus abstinet: adulacionem abominatur & longe fugit: denique cum historicum quem requiri Cicero se prescit, magnum videlicet. Verba proponit rebus congrua, de magnis splendida & sonanzia, ut orationes nonnullae restantur, de paruis humilia, etiam de sordidis non dissimilia. Perspicuitas in eo talis est, ut ab omnibus intelligatur, à doctiss etiam laudetur. Liberioribus verbis quandoque visitur (modestia tamen, que in eo maxime eluceat, non immemor) ut narrandi tedium tener, puram & ubique illustremque sequens brevitudinem. De toto autem Curtius style penes eruditos esto indicum: nec enim commerciorum Grammaticum, sed prefationem scribimus. Postquam vero preclaris historici imaginem lincei rudioribus exhibimus, tandem prefatione penicillo suis coloribus ad vivum, angustiore tabula feliciter expressam, offerre vixim est. Ita igitur doctissimus Lipsius in Notis ad I. librum Politorum. Verba Lipsii relata sunt infra suo loco. Item in fine eius prefationis. Supplementa librorum qui desiderantur, tenui filo contexta, nec Curtianae maiestati respondentia.

Casaub. in Animaduers. ad Sueton. in Indice excellentium Rhetorum. Historia rerum Alexandri elegansissime scripta.

Nicolaus Cauffinus de adminiculis eloquentiae l. 3. Q. Curtius medium quoddam iter sequitur, magnam styli salubritatem consecutus est. Nam ita dilucide narrat, ut annem sine salebris fluere credas, & tantis praeterea reveribus orationem perfundit, ut non mediocriter lectores & amatores suos oblectent. Conclaves autem habet tam argutas, & suauas, ut Herodotus, & Xenophonti nihil videatur inferior.

Angelus Decembrius de politia litteraria libr. I. pag. 36. l. 2. pag. 119. l. 6. pag. 487.
De Q. Curtio eadem prope querela est, cuius laceratione opus legitur: quamquam Gracorum & Arriani constat historia, ex quorum fontibus hic scriptor vel interpres mira dulcedinis regiique projecto

Iudicia Doctorum Viatorum de stylo & historia CVRTII.

professio magnificencia par, ab Alexandro non degenerans opus suum exaudit, cuius summa sunt dignitas & historicæ suavitatis orationes.

Idem. Curtius inter historicos sane elegansissimus. Idem. Tanta est amoenitas cum perfectius legitur, ut metricam putas historiam. Idem. Quod maius in fortunatum apud maiores nostros, pulcherrimorum operum studiosos fuit, & accipere nos decuit, ut tam excellentis historicæ suavitatisque orationis, que velut Amphionis Musa omnes malentes auditores, ruram omnino extaret exemplar, quod vix à nostris competitum per incertam laceratum, seu resusitate & carie labefactatum excederet. Idem. Ceterum hanc ex Gracis historiam, praecepsque animo considerantibus primus tantum liber desiccare videatur: nam à secundo de Marbya fons ortu, eoque monis acuminis pariter incipitur. Quo constat, Q. Curtium interpretem fuisse ipso etiam attestante, se plura transcribere quam credere. Est autem is historicus fluidus, ac scatenatus fluminum elegansissimus imitator.

D. H. in Epistola Dedicatoria Elzeviriorum. Q. Curtius, historieorum, ut à tuo Heinio vocatur, vere Venus. Nam, ut illa, cum ex India, quod Grecorum habent fabule, emerget, simplicitate in primis formam, quamquam exquisitam, tuebatur; ita scriptor hic, per se dexterus si quis aliis, communem laudem, propriam ac suam fecit, quia non affectat. In orationibus nimis, que, ut brevitate ac acumen in toto corpore eminent, ita hinc primis admirandum habent, quod cum artis habent non parum, sponte tamen nata videantur. Ita narrat, ut creditur: ita dicit, ut non verba sed sententias persuadeat, cum dicit: ita indicat de suo Principe, ut, quem merito cum omnibus commendat, non immerto, cum opus est, ac suo quasi iure, reprehendas: ne aut nimium dedisse Regi maximo, aut quicquam sine causa detraxisse videatur. Adeo, ut cum virtutes omnes maximi historici, lectori suo praestet; primam tamen primo loco habeat, ne falsum dicat. Nam qui virtutibus in Principe permixta prætermittunt, ex ipsa pariter ac fidem suam, accusanda gravius posteritati tradunt. Cuia libertati nem, nisi cum periculo, praescribit. Tam prudentiam quis satie commendare potest? que nec pudentia accersit, nec foris, sed ex ipsis factis ac narratione oritur. Et ne desiderio occurrit. In locis autem describendis que ananitas, que suauitas, Di boni! ut naturam non tam pingat, quam cum ea certet, & exhibeat ante oculos, quod tantum scribit, semper emulus illius, vel quod minimo negotio & quasi sim cura, excidisse videatur, que narrando exprimit: vel quod feliciter, & tanquam altera natura, sicut habuisse que eius representet, que sine arte placet. Accipe igitur, ut maxime, purissimum autorem; eleganter nisi fallimur, ac terre expressum: accipe, historicorum Venerem, doctorum amor. Cui cum certum eruditio nostri temporis, quas demerteris, famam scriptis suis astraham; rogare audemus, ut in primis nomen tuum inagi iis ac prefigi patiaris, qui iam eam consecuti sunt. Quales antiquissimi scriptores sunt, quibus, ut exemplo esse possint ceteri, aeternitatem suam sola ars conservat, cuius specimen hic damus. Idem Ibidem. Politissimum dicendi genus, & purissimam Latinitatem Curtio tribuit.

Erasmus Roterodamus in Epistola Dedicatoria. Curtium itineris ac navigationis comitem adiunxi, qui mihi olim puer, mire candidus ac tersus est vijus. Nec alius sane vijus est ex tanto regustata interuello. Dolet Autorem lectu dignissimum ἀκί φύλον nobis superesse, nimis duobus primis libris amputatis, utimo pluribus in locis irruco mutiloque. Rijmus inuera graculam in historia vanitatem, quam tamen Q. Curtius subinde temperasse videtur.

Idem in Ciceroniano, siue de optimo genere dicendi. Habeo, quem non contemnas, Q. Curtium. N. Historicus est. Eft: sed in Historijs extant aliquot Orationes. N. Ceteris candidior est; sed nihil ainsit, ad Parmenon insuetum. Habet multas sermonis formulas à Ciceronianis diversas.

Jacobus

Indicia Doctorum Virorum de stylo & historia CVRTII.

Iacobus Gordonus Chronologus cap. 20. num. 31. *Inser insigniorer, qui Latine scriperunt historiam, merito numerandus Q. Curtius: hic lectori inter Latinos ordine primus esse potest. De quo tamen vixdem sciri potest, quo sternerit tempore. scriptor subtilis & clarus, res gestas Alexandri Magni complexus est.*

Ioan. Fridericus Gronotius obseruat. Criticarum per saturam lib. II. cap. 19. *Q. Curtius, uberrime & suavitatis & prudenter historicus.*

Iustus Lipsius in Notis ad lib. I. Politicorum. *Sequuntur scriptores duo, velut proprii Principiam, & fiduciam in manus finique habendi. Q. CVRTIUS: qui, me indice, probus est legitimusque Historicus; si quisquam fuit. Mira sit sermone eius facilitas; in narrationibus lepos, strictus idem, & profluens; subtilis & clarus; sine cura nulla accuratus. Verus in iudiciis, argutus in sententiis, in orationibus supra quam dixerim facundus. Quod si varium magis argumentum habuisset; fallor, aut varie Prudentiae eximium magis specimen prabuisset. Sed Alexander quid nisi bella? C. Caesar, &c.*

Idem in Commentario Corneliano lib. 6. Annal. post recitata verba pluscula ex lib. VII. Curtii. *Delector, ita me Deus amat! exscribere candidissime & disertissime dicta.*

Idem ad Tacitum 17. 20. vbi mentio est Curtii Rifi. *Est qui hunc censeat esse illum, qui memoriam scripsit rerum Alexandri, pure me - Hercules & Latine.*

Aldus Manutius in calce editionis sua. *Clarissima Curtii Historia.*

Ex Bartholomaei Merulae epistola Curtio praefixa. *Cum Alexandri res gestas & Q. Curtio elegantissime conscriptas tibi breuiter exposuissent, exarsisti incredibili quadam cupiditate legendi luculentissimi scriptoris historiam. Et paullo post: Erit enim Q. Curtius inscribendo acutus, vehementi, candidus, ac perquam eloquens: in concionibus enim, quas cerebro reperies, quantum ille ingenio & eloquentia valuerit, facile cognoscer.*

Franciscus Modius initio Notarum in Curtium. *Ad scriptorem non malum, certe in historia, quam memorie mandauit, unicum, mea opera quasi postliminio cognomen suum rediit.*

Petrus Opmerus in Opere Chronographico, sub Tiberio, statim post Velleium Paterculum. *Quintus etiam Curtius res gestas Alexandri Magni pure ac terse conscribens (gnarus adulatores, quo gratificarentur Regi, multa finxisse) veriora fecutus est, acute moderatus, quae fidem videbantur excedere.*

Antonius Panormita in factiis Alfonsi Regis. *Aegros abat Rex Capue, & multis multa pro suo quicunque ingenio aestudio oblectamenta ac munera aegro regi cum exigiarent, egi, quoque ex Gaeta acerbus statim aduolauit, deferens & ipse mecum fomenta & medellas meas, b. e. libellos, quos intelligebam illis quam maxime placuisse, in quibus Q. Curtium, bonis (et aiunt) auspiciis exhibendum, exhibui. Ille res gestas Alexandri a disertissimo viro perscriptas ta hilaritate, ea asiditate, ea denique felicitate cepit audire, ut, quod medici obstatuerent, [Lansii Orat. pro Getman. pag. 89.] eodem ipso die, quo legere ceperamus, aegro omni valetudine levassus, ac penitus confirmatus evenerit. Itaque posthabuisse ceteris recreamentis, quot diuersis ternas facere lectiones perreximus, brenique librum absoluimus; ex quo eo die frequenter in medicos Rex vocatus: Aueniam velut parabolam parvifacere; Curtium laudibus ac regulare cepit.*

Iudicia Doctorum Virorum de stylo & historia CV R T II.

T. Popma in Epistola ad Hellelum filium. *Intra Latinos Q. Curtius historiam Alexandri libris decem complexus est in scribendo candidus, purus, vehemens, & per quam elegans.*

Idem in notis ad Curtium 10,9,3. *Hunc esse auctorem historie Alexandri elegansissime scripte doctri viri existimat. paulo post: Certe iis temporibus vixit, quibus bona artes & studia litterarum floruerunt.*

Ex Ericii Putcani in Q. Curtium praefatione. *Vi alia desint, sola elocutio lectorum non omnino ruidem trahat, eruditum magis eiam inflammet. Quenadmodum cibi aliqui sunt, omnibus omniis mortalibus, illice sapore grati, aliqui his naseam, illis suauitatem adferunt: ita in scriptoribus ratio stylis distinguuntur: que omnibus placet, Latina quidem, in uno potissimum Curio inuenta est. Liny olim landem Pataenitas quedam innivit: alias velut insipuum alibi, aut frigidum, imo & ταυτολόγον accusat. In Sallustio Iulius Scaliger reperit, quod & reprehenderet, & damnaret: prolixum fuisse, vel etiam nimium superfluumque. Cesar ipse cui satis non fuit res foriter gerere, nisi narrare, tam stilo promptius quam telo, auctor & simul scriptor, reprehensionem tamen non effugit, aiunt in dictione esse que culpari possint; prudenter est verbis non haesiri: Commentarios tantius esse, & nihil polliceri preter suadam simplicemque narrationem. Tacitum Tulliane aures nequam ferunt, scriptorem scilicet durum, asperum, concussum: in latinitate maculas esse neuisque: alibi sensum breuitate impediri & frangi; plura inuoluti, quam exprimi: quod in emaciato corpore videmus, ossa tantum eminere, venustatem nullam esse. Iustinus, Florus, Nepos, aliisque frustra nominantur: in omnibus curiosia iam censurare perit quod carperet. Iulus Curtius noster, noster ille Curtius, tam feliciter, prudenter, venusti historie refensem contextuit, stylum ubique rebus aptans, ut notam omnem evitaret. elegant est, gravis est, virilis est, & natura sua nunc exsurgens & docens, nunc submittens dictiōnēm & oblectant, ut in summa gratuitate Veneres non existat, ita in remissione ad virilitatem non descendit: quandoque obingani similis, cum virtus persequitur, quandoque indulcenti, cum virtutibus applaudit, verbazitatem habent, compositione suauitatem, res pretium. tanquam nihil superfit, breuitatem lauder: tanquam nihil desideres, copiam ipsa breuitate plenius est, copia non molestus. Varium dixeris, nec tamen diuersum. Vultum eundem, non colorem seruat, & tamen formosus pari ingenio nunc vela sermonis pandit, nunc contrahit: sed eadem felicitate inuenietur & incedit alibi celerior, alibi accurior, ubique placens. Cum nihil coactum sit, vibrari tamen sententias dixeris, non educi, acumina velut tela sunt, lectorumque suani vulnere feruntur; flammulae sunt & accendunt. Nemo sine voluptate legat Curium, maiorem etiam fructum capiat sic perfici. Quantum oblectaris, proficias; & cum omnia laudes, miraris tam ingeniose exprimis; cum omnia stupeas, tam facile intelligi. Nam ceteros historiae scriptores, ut puritate & lepore prouocat, ita acumine & perspicuitate rincit. Nemo subtilior fuit, & tamen gravior. nemo aequalectorum instruit, & minus laffat.*

Ex eadem. Sed ego nunc iuentutem alloquer, quanisi regum hunc assiomat animum & historiam estimet, ad nullam unquam preclarare vita maturitatem excrescit: nisi peculiari studio Curtium euolus, frustra in reliquis curiosum discendi desiderium conabitur explorare. cibis alibi, hic vero delicia sunt: doctrina alibi, hic voluptas iungitur, ut discere & audire vnius quisque velit, amaritatem prouocatur.

Ex eadem. Sed ut concedam tamen, esse in Curtio, quod reprehendi posset, minorem faciam, ut magis eiam laudem. Multus & axi quæ est, ac frustra infeliciterque constans Alexandrum nobis aeternum facere, qui ipse parte sui deficit. Truncum corporis nemo, aut perfectum aut formosum dixeris: hac autem infelicitate laborat Curtius: ingeniosus, ne placet

iam

Iudicia Doctorum Viatorum de stylo & historia CVR TIL.

tamen : elegans, ut vulnera preferret : etiam quantum scriptis diuinare ad nos usque non potuit: commone loco scriptorum pene omnium fatus est, [Vide Casaub. in Dedic. Polybii.] Et frustra in uno aliquo, inquit etiam in Curtio accusamus. Quia historici (ac de Latinis iam loquer) quorum solum nomen, aut ut felices auctor sint, fragmenta aliquot superflue: ipse Crispus. Primus Romana Crispus in historia perit, ubi primus fuit, in Catilina & lugurda magnitudinis sue umbram dumtaxat ostentans. Linius; cum enim CXL. scriptisset libros, vix triuentem sibi operis vindicat. Et Tacitus, tanta olim cura ac gloria bibliothecis omnibus inseruit, integer tamen seruari non potuit. Frustra ceteros recenset. Curtius ut omnes vincere perficissimus perennavit; & ut antiquitatis fide commendaretur, omnem euitare iniuriam temporis non debuit. In octo adhuc libris superficies est, qui decem confecerat: cum totum destruere atque non posset, parie & exigua immisit, impetum in primos duos fecit libros, ut seruaret reliquos, amplius destruere verita est. & quia alterius nocere non potuit, praestantissimo operi pepercit.

Ex eadem. Ad historian ite, Curtium admittite, ut omnia habeatis. Hic ille, auditor, ingenium cuiusque acut, subtilissimus scriptor est; indicium roborabit, prudentissimus est: linguam expoliet, facundissimus est. Etenim qua verborum sententiarumque solertia intentioni sufficit, ea maturitate momenta rerum ponderat & eloquentia proponit. Quia igitur argumentum esse, prudentem esse, discerum esse, omnis doctrina summa est, quid adiuvare ingenio, iudicio, lingue oporteat, Curtius in primis docet.

Ex eadem. Illam tamen historiam, quia Sallustiu[m] Tacitumque nuper explicui in Curtio nunc quoque experiar, digne, me hercule, anib[us] omnium & oculis scriptore, qui an facili sententiarum acutissime crudiat suarum, an mellitus eloquij illecebris deleceret nullus, non dubites. Sua & illius ingenio bonum est, quem descripsit, & magnum iterum fecit, quem celebrat. Profrus Alexandri famam Curtius sustinet: quidquid narrat, quia post atos, stabilior, ut ceteris crederetur, Callistheni, Aristobulo, Ptolomeo, vnius ille fecit: & fidem Graeci innuerunt, quem idem stylo argumentum Latinius absolutus. ut liberius aliquid dicam, tam elegans prudensque scriptor mendax esse non potuit, & iam creditus, quidquid Arrianus tradidit; Curtium fecerit est, ino credimus, Alexandro nihil difficile fuisse; fieri posse Curtius censuit & ad posteros transmisit. Tria sane numina in pulcherrimo historie opere viaciter coluisse: Suadam, Prudentiam, Veritatem; & Suadere quidem lenocinio quem non mulcat abripiatque etiam alieno affectu impediret historie hac Siren est, a qua vinci & abducere etiam Homeris sapiens vallis. Iam prudentia doles quidam venere? putas in Sophis domicilio pracepta omnis vita Socratem praefigere. Denique veritatis etiam integritas hic retinet, etenim qui tam a libidine fingendi, quam a necessitate absuit. fallere noluit, & iam cum ehi sui iudicata vereri poterat, si majora veris tradidisset; quippe prouis Romanorum in adulacionem sue Caligule sue Claudi, sua insequuntur animis. Sed non hoc ago, Auditors, ut in solo Curtio putes esse omnia, quia dicere omnia in solo Alexandro potuit, nec memini: laudorum, ut amevis omnes. & hunc possimum nunc explicare aggredior, quo tibemus omnes perlegatis. Quidquid est historiarum commendo, cum hanc etiam expliceo, & ut in totam emiro antiquitatem sciri, Alexandrum represento. Nam profecto parum esset Curtium scire, si quis reliquos ignoraret: quemadmodum angustis ego limitibus munies mecum circumscriberem, si in aliqua diuina etat historie parte defudarem. Proinde si cui fortassis scriptor iste adhuc ignotus est, qui milles sexcentos propemodum iam annos loquitur, illum ego historie eminente & nomine & officio excito, ut communis vultate eius praestantiam metauerit. Ex eadem Puteani prefat. Ille veramhi historicus est; ille docendo prudens, narrando elegans, & ut omnia dicam, Alexandro dignus. aut borem scriptor aequalis, alias vincere orbem terrarum non potuit, nec aliis ingenii praestantia tanta gloria sufficeret. Omnia in Alexandro magna sunt, & nomen sequuntur; omnia in Curtio mirabilia & placent.

Iudicia Doctorum Virorum de stylo & historia CVR TII.

placent omnia. Ille virtute & fortuna cinctus gloriam sequitur; hinc suada & prudentia siccatus eandem dicit. Iterum vincit orbem Alexander; scribitur; sed à Curtio scribitur, qui re optimo atque eruditissimo suo vixit, aut certe illi proximo, sic præstare potuit, quod possea nemo affectus est.

Ex eadem. Putes hunc unum ad historiam à natura factum, & velut sato desinatum, qui Latine nobis Alexandrum exhibet, ergo & virtus eius & virtutes aperit: virtus, ut lectorum absterreat: virtutes, ut inflammet: Aperit virtus, & nihil odio, aut calumnia tribuit: virtutes, & ab adulatio alienus est, hoc toto volumine agit. &, ut tandem in compendium diffigam vice seriem colligeret, velut in tabella genium Alexandri proponit, qua laudari & simul reprehendi poterit. Ipsum igitur Curtium audite, id est videte, & sic quem descripsit, an depinxit lib. X. cap. V. n. 26. Iuste restimantibus regem liquet &c. Hec ita breviter: sed in historia riuersa disquirit singula: causas rerum, consilia, evenitus expendit, index omnium. Quod fieri posse neges, facti, & ipsam quoque fortunam ad examen deducit. Ergo quicunque legit, digna stylo sunt, & variae prudentia specimen referunt: digna lectio & ad formandum iudicium cuiusque valent. Tota narratio exacta est, lenitate quadam profinens, non exundans, tanquam ripis clausa, garrulitatis autem imbre non corrupta, trahit oculos, & gemmeo eloquij latice recreat. Locorum etiam orbiumque tam accurata & ubique descripsi, ut picturam censes. Nulli colores sermonem aequent: ne legere sed intueri coram rictacris, quidquid hic expressum est. Sed quid ego? totum laudare Curtium non possum, nisi totum explicem. Ubique summus est; & quem in partibus admiramus, ut historica corpore diuinum pronuncias. Legere nunquam non volet, quisquis libauerit, & doctrina, facundia, prudentie suauissimos carpes flores, quoties in manus admisces. continuata fertilitas est, quantum denis, nascitur, & cum omnia collegisse te pures, plura relinquis,

Ex eadem. Sed ne longior sim, minus nunc Lipsii è notis ad politicas citabo verba, ut examinem. Q. Curtius probus est legitimusque historicus, si quisquam fuit, &c. Plenans censuram dicat, nisi amplius ille exigat, qui laudet. His vero condit elogium propemodum, ut destruat, quasi ingeniosum iudicium sit, si quid post iudicium reprehendas. Tuis te verbis Lipsi, in sententiam melioram traham, ut nihil deesse regio scriptoris fatearis. Probus est, ait, legitimusque historicus, si quisquam fuit, quasi huic tribuas, quantum ulli datur. omnino nam aut Curtius historie leges impletuit, aut nemo, si impletuit, quid prudentie eximium magis specimen desideras? pro argumento perfectius est, & illud varium esse quidni dicam? Alexander fecit, jmo esse narratio ostendet. Bellaz geruntur, saevo, sed in quibus amplius quam bella, cum riuerso pene terrarum orbe negotium est, ducen sive milites respicias, rerum varietas est. ille quantum dencit, rex quoque; nam minus iure quam armis vobis est. viribus parari provincias, iure reineri ergo ostendit. Quicquid respub. habet, in exercitu hoc innovies, militem velut ciuem, nunc promptum, nunc querulum, aut sedisiosum, semper fortiter. Sic ut alios subiungaret, suos interdum vincere rex debuit; suos prudentia, consilio, astu, ac magnitudine animi, in ordinem redigit atque compescuit; hostes robore, industria, celeritate, audacia, & vindici quodam sato superauit; quicquid cohortes & phalanges in barbaros prouerunt, solus in suos interdum Alexander executus est, & quos duceret, sibi vindicauit. Quid dicam? pugnauit & ius dixit, ducem & regem egit, nunc telo & euse, nunc scapiro, pacisque habitu in genis. Mitte fraudes, delationes, conspirationes, quas ut detegret, eluderet, puniret, prudentissimus esse debuit. Nam circa principem unum tot belli ducet, & praefeci occulsi odii dissidentes & iniicem suspeti, quam non iniudic simulationem, insidiarum scenam instruunt? ut in ipso honore & munere infideli sint, oderunt quoniam benignior fortuna exerit, altius & propriarem regi fecit: metuunt ali, quem, ne parem habeant, malis artibus cogantur reprimere. Hac aule præfia sunt, & quia in conspectu regis; silentio rigent, & ingeniosa improbitate teguntur.

Interim

Iudicia Doctorum Virorum de stylo & historia C V R T I I.

Interim malitia scintilla interdum proficiunt, que ut noceant, nec impunitur, falli rex ipse debet, & nous calliditate aduersarii deludi. Illud obtinet; dolis non doli sunt, nisi astus colatur: texuntur fraudes fraudibus, & impostura, simulatione tecta, honestum scelus facit, cum abscondi potest. Qui rutilo blandi, animo hostes sunt, ad iniuriam inferendam solerter & ingeniosi, ad depollendam causam callidique, sic priuata odia cum nimis prospere sucedunt, in ipsam sepe principem prorompunt. Et ille insidias circumseptus, rbi tutum se existimat, perit facilius & fortuna trahente precipitatur. Sane qui in multos iniquos fuit, audebit & regem petere, cum audaciam familiaritas fecit, & sepe ut timori conscientiam, panis sceleras subducat, imperium affectabit. Exemplum in Dario habemus, quem re Alexander debellaret, Bessus & Nabarzanes pessima mancipia aureis compedibus vincunt, ac tandem, ut parricidio reges essent, multis vulneribus confodunt. Quid Alexander? potuit in tanto hoste fortune inconstitiam insidiiasque amicorum dicere, sed quia Louis haber filius voluit, homines contempnit, & cura viro orbis fata ordinaret, veneno extinctus est. Nam in coniuio apud Thessalam medicum Herculis scypho epato repente velut telo confixus ingemuit. Amici caussam morbi, in imperie ebrietatis diuulgaram, revera autem insidia fuerunt, quarum infamiam successorum potentia opprescit. Antipater fuit, qui venenum preparauit, & ut tota progenie nefarius esset, ad tantum scelus filiorum opera usus est. Hec cum ita sint, quis variis adhuc argumentis requirat? Varium, quia Alexandrum descripsit Curtius, habuit. & sic varia prudentiae specimen quoque probavit atque elegansissime restinuit.

Ex Eric. Put. Orat. 19. Ipse Curtius, eis imminutus, perfectus est, & iam non puerum nobis Alexandrum, sed adulum; non priuatum, sed regem narrat, ut regius omnino scriptor esset ac duraret: de quo quid sentire debeamus, rex quoque prouincie, non ille quidem qui descripius est, sed qui sic describi quoque potuit, ille animo & ingenio magnus, qui & Alexandri famam & Curtii eloquentiam meruit, Alfonius Aragonius. Hic Capua aduersa valetudine correptus, ne otiosum haberet mortuum, tunc quoque regem se ostendit, & serio nunc sermone, nunc exemplo mitigare dolorem studuit. Cum agravito creceret, & medicorum industria sine fructu sudaret, nouum ipse remedium & inuenit & adhibuit. Neglecto corpore ad ingenio curam venit, & in scrinio non pharmacum, non vnguentum, sed libellum petuit. & quem putatis? Auditores. Hunc a Curtio, hunc de Alexandro scriptum, dignum prorsus talicu-stodia, & vel cum Homeris operibus habendum. Hunc igitur legere capit & experiri, an historiz in morbum valerer. nec frustra, delectatus elegancia, prudentia, facilitate amanissimi ingeniosissimique scriptoris, negligere primum cruciatum potuit: mox rigore quodam imbucere corpus, & ut breuiter dicam, pro animo habere. Sic omnem morbi improbitatem corrigens, & recuperatae iam salutis auctoren laudans, Faceant, inquit, Aucenna, Galenus, Hippocrates, & tota illa Aesculapij schola, Curtium ego feliciori pharmaco & succo medicum sensi, illius ope, illius suada restitutus sum. Res mira! Sed sive scriptorum fulta, egritudine oppressus, & regni tamen cogitationibus onusfus, vacare lectioni magnus princeps voluit; & quod dare medici non poterant, ab historico accepit. Fazetur ipse: & quid nisi regibus omnibus, aut qui ad magna adspirant, tam insigne exemplum commendat?

Raderus post recitatum Lipsii è notis ad Politica iudicium. Hoc de bellis tantum judicium Lipsij vere Erycius Puteanus refutauit.

Idem in Epistola Dedicatoria ad Maximilianum Bauariae Ducem. Nobilissimum hunc planeque regium scriptorem, Q. inquam Curtium. Et circa finem Epistolæ. Est enim, ut nemo negat, & amanissimus & utilissimus, & plane, ut dixi, regius scriptor, qui principium aureo tenere, & oculos morari vere posset.

Idem in Prologus. c. I. Auctor sane in paucis elegans, argutus, sennius & verissimus historicus.

D

Rade-